UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LXII. Verus Thezaurus Eccl[es]i[a]e/ est sacro sanctu[m] Euangelium/ glori[a]e & gr[atia]e dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

Tercio, Alioquin etiã in alijs ligationibus & ſolutionibus intelligẽda eſſet diſtributio meritorꝝ, puta, qñ ſacerdotali officio, excõicat, abſoluit, ordinat, deordinat, ſtatuit, abrogat, p̄cipit, ꝓhibet, diſpenſat, mutat, interp̄tatur, In hijs em̄ om̄ibus agitur virtute iſtius verbi, Q̃cũq;, Si ergo in iſtis non eſt neceſſaria diſtributio meritorũ, ſed ſufficit poteſtas nuda clauiũ, q̃tomagis in remiſſione pœnarũ Canonicarꝝ, cũ talis remiſſio ſit nihil aliud q̃ abſolutio a pœnis, imo ſi vſpiam fit diſtributio meritorꝝ Chriſti, maxime fieri debet in abſolutione excõmunicati, ibi em̄ reconciliatur Eccl'iæ peccator, & rurſum declaratur particeps bonorꝝ Chr̄i & Eccl'ię, Nulla itaq; eſt ratio, quare illud verbũ, Q̃cũq; ſolueris, in indulgentijs includit theſaurũ Chriſti, & non etiã in om̄ibus alijs ſolutionibꝰ, cum ſit eadẽ auctoritas, eadẽ verba, eadem ſn̄ia in illis.

Quarto, Si ſoluere per clauẽ in venijs dandis, importat apertionẽ & effuſionẽ theſauri Eccl'iæ, ergo ꝑ oppoſitũ, ligare importabit collectionẽ & incluſionẽ theſauri eiuſdẽ, Sunt em̄ contrarię p̄tates, & contrariorũ operum, Sed nuſq̃ & nũq̃ eſt vſus colligendi aut includendi hũc theſaurũ, & tñ ſi ſolutio & effuſio eſt, etiã incluſionẽ eſſe neceſſe eſt, cũ vtrũq; donatum ſit eccleſię, nec fruſtra, aut vane donatũ, Ergo ſicut ligare, intelligitur ſine collectione theſauri, debitorem facere, nec aliquid ei poſitiue auferre, ita ſoluere cogit intelligi, liberũ facere, ſine expenſione theſauri poſitiue.

❡ CON: LXII.

Verus Thezaurus Eccl'ię / eſt ſacro ſanctũ Euangelium / glorię & gr̄ę dei.

Satis incognita res eſt Euãgeliũ dei, in multa p̄te eccl'ię, ideo paulo latius de illo dicendũ, Nihil em̄ reliquit in mũdo Chriſtus, pręter ſolum Euangeliũ, Vnde & nihil ſeruis ſuis vocatis tradidit, q̃ Mnas, talenta, pecunias, denarios, vt ex ijs ipſis vocabulis theſaurorꝝ, ip̄m verũ theſaurũ eſſe oſtẽderet, Et Paulꝰ dicit ſeſe theſauriſare filijs ſuis, Et Chriſtus theſaurũ abſconditũ in agro, Et hoc ip̄m ꝙ eſt abſconditus, facit, vt ſit pariter & neglectus. Eſt aũt Euangelium ſcd̄m Apoſtolum Rom: i. Sermo de filio dei incarnato, nobis ſine meritis in ſalutem & pacem donato, Eſt verbum ſalutis, verbum gratiæ,

verbũ ſolatij, verbũ gaudij, vox ſponſi & ſponſę, verbũ bonũ, verbũ pacis, Sicut ait Eſa: xl. Q̄ꝫ iucundi pedes Euangeliſantiũ, euãgeliſantiũ pacem, p̄dicantiũ bona, Lex vero ē verbum perditionis, verbũ irę, verbũ triſticię, verbũ doloris, vox iudicis & rei, verbũ inquietudinis, verbũ maledicti, Nã ſecḋm Aplũm, Lex ē virtus peccati, & lex irã operatur, Eſt lex mortis, Ex lege eñ nihil habemus, niſi malã conſciẽciã, inquietum cor, pauidũ pectus, a facie peccatoꝝ noſtrorũ, q̄ lex oſtendit, nec tollit, nec nos tollere poſſumus, Sic itaqꝫ captis ac triſtibꝰ, oĩnoqꝫ deſperatis, Venit lux Euãgelij & dicit, Nolite timere, Conſolamini conſolamini popule meus, Conſolamini puſillanimes, ecce deus veſter, Ecce agnus dei, ecce qui tollit pctã mũdi, Ecce qui ſolus implet legẽ ꝓ vobis, qui factus eſt a deo vobis iuſticia, ſanctificatio, ſapientia, redẽptio, oĩbus qui credũt ieſũ. Hoc ſuauiſſimũ nunciũ, cũ audierit conſciẽtia peccatrix, reuiuiſcit, & tota exultat in tripudio, plenaqꝫ fiducia, iam nec mortẽ, nec amica mortis penaꝝ gñá formidat, neqꝫ infernũ, ideo, qui poenas adhuc timent, nondũ audiuerũt Chr̄m, nec vocẽ euangelij, ſed vocem potius Moſi. Ex hoc itaqꝫ Euãgelio, naſcitur vera gloria dei, dum docemur, non noſtris operibꝰ, ſed grã miſerentis dei in Chr̄o, impletã legem, & impleri, Non operando, ſed credendo, Non deo aliqd offerẽdo, ſed ex Chriſto oĩa accipiendo & pticipando, de cuius plenitudine pticipamus oẽs, & accipimus, de q̄ alias latiꝰ,

ℭ CON: LXIII.

Hic autẽ eſt merito odioſiſſimus/ quia ex primis facit nouiſſimos.

Euangeliũ eñ deſtruit ea q̄ ſunt, confundit fortia, confundit ſapientia, & redigit eos in nihilũ, in infirmitatẽ, in ſtulticiã, quia docet humilitatẽ & Crucẽ, Sic ps. ix. Increpaſti gentes & periJt impius, nomen eoꝝ deliſti, Verũ hãc regulã crucis horrent oẽs, quibꝰ placent terrena & ſua, dicentes, durus ē hic ſermo, ideo non ē mirũ, ſi ſit odioſiſſimus ſermo Chriſti, ijs qui diligũt aliquid eſſe, ſapientiã, potentiã, coram ſe & hominibꝰ, & primi ſibi videntur.

ℭ CON: LXIIII.

Thezaurus aũt ĩdulgẽtiaꝝ/ merito ē gratiſſimus/ quia ex nouiſſimis facit primos.

Satis